



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XXXIX. Aequalentia vel pactum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

XXXIX. AEQVALENTIA
vel pactum.

AVxiliante Domino nostro Iesu Christo, placuit atque conuenit inter illum & germanū suum illum de alode quæ fuit genitoris sui, ut inter se æquivalentia diuidere, vel exæquare deberent; quod ita & fecerunt. Accepit ille de parte sua mansum in pago illo, in loco qui dicitur ille, cum omni desuper posito, seu vineis, oleis, campis, totum & ad integrum re inexquisita. Ecōtra ad vicem accepit ille de parte sua mansum in pago illo, in loco qui dicitur ille, mansum illum vbi accola commanet, id est tam māsis, vineis, oleis, totum & ad integrum re inexquisita, etiam aurum, argentum, drapalia, æramen, peculium, præsidium vtriusq; sexus, mobile & immobile inter se æquivalentia visi fue-

runt diuisisse; & pars contrā parem suum inuicem tradidit, & per eorum fistucam pars contra parem suum se exinde exutos fecerunt. Ita ut ab hodierna die vnuusquisque quod accepit habeat, teneat, atque possideat, vel quicquid exinde facere voluerit, liberam & firmissimam in omnibus habeat potestatem faciendi. Si quis vero, &c.

XL. DONATIO AD CA-
sam Dei.

Dominio vere sancto, ac reue-
rentissimo monasterio illi,
quod est constructum in honore
sanctæ Mariæ semper virginis, ge-
nitricis Dei & Domini nostri Iesu
Christi, vel ceterorum dominorum
suorum, quorum reliquiæ ibi con-
ditæ sunt: & inlustri Deo sacratae
Abatissæ illi, vna cum turba pluri-
ma ancillarū Dei, ad laudem Chri-

R ij